



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus, quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem promovendam sunt usi ; Malorum Qvoque Sacerdotum infelici interitu, radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro commodiori Sacramentorum & ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1681**

Testimonium Conciliorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48600)

significavit ordinem, ita & qui Sacerdotem dixit, augustis-  
 rem, prorsusque divinum insinuat virum, totius sancta  
 conscientia perstissimum, in quo liquidè ac perspicuè sacra-  
 tus omnis ordo suus & perspectus sit, & possit agnosci.

III. S. Ephrem l. de Sacerd. exclamat: O potestas ineffabi-  
 lissimè, qua in nobis dignata est habitare per impositionem ma-  
 nuum sacrorum Sacerdotum! O quam magnam in se conti-  
 net profunditatem formidabile, admirabile Sacerdo-  
 tum.

IV. S. Prosper l. 2. de vit. activ. ait: Ipsi sunt Ecclesia de-  
 us, in quibus amplius fulget Ecclesia; ipsi janua civitatis  
 aeternae, per quos omnes, qui credunt in Christum, ingre-  
 diuntur ad Christum; ipsi Ianitores, quibus data sunt  
 claves regni caelorum; ipsi etiam dispensatores regia-  
 domus.

V. S. Idorus Pelusiora l. 2. ep. 205. Tantùm, inquit, in-  
 teresse debet inter Sacerdotem & quemlibet virum probum,  
 quantum inter caelum & terram discriminis est. Et iterum  
 l. 3. epist. 2. Inter divinam & humanam dignitatem Sacer-  
 dotum velut medium interjectum est, ut illam colat, as-  
 que observet; hanc autem in meliùs commutet.

## OCTAVUM

## TESTIMONIUM CONCILIORUM.

I. Concilium Matisconense 2. c. 15. sic loquitur: *Stam-*  
*mus, ut, si quis quemlibet Clericorum honoratorum in-*  
*venire obviam habuerit, usque ad inferiorem gradum ho-*  
*noris veneranter illi corda subdat, prout is officia & obse-*  
*quia fidelissima Christianitatis jure promeruit. Et si qui-*  
*dem ille secularis equo vehitur, Clericusque similiter, sa-*  
*culi galerum de capite auferat, & Clerico sincera salu-*  
*tationis manus adhibeat: si vero Clericus pedester gradi-*  
*tur, & secularis vehitur equo, illico ad terram desuat, &*  
*debitum honorem illi sincera caritatis exhibeat. Qui vero*  
*contra fuerit, ab Ecclesia, quamdiu Episcopus illius Ecclesia vo-*  
*nerit, suspendatur.*



II. Concilium Carthaginense IV. c. 34. sic definit: *Episcopus in quolibet loco sedens stare Presbyterum non patitur. Et c. 35. Episcopus in Ecclesia & in Concilio Presbyterorum sublimior sedeat; intra domum verò Collegam Presbyterorum esse agnoscat.*

III. Concilium Laodicense c. 20. Nicænum c. 28. Trullanum 10. c. 39. concorditer præcipiebant, non oportere Diaconum coram Presbytero sedere, nisi iussione Presbyteri.

NONUM  
TESTIMONIUM SUMMORUM  
PONTIFICVM.

I. S. Clemens Constit. Apost. l. 3. c. 15. scripsit: *Episcopus elige adjuutores tuos vita & iustitia operarios, DEO gratos quos ex cuncto Populo maxime dignos probaris, & facientes ad molestias & vexationes in usus Ministerii sustinere.* Item l. 7. c. 32. *Constituere Presbyteros homines pios, immunes, non cupidos, veritatis studiosos, probatos, sanctis acceptores Personarum, qui valeant docere sermonem veritatis, recte procedentes in placitis Domini. Vos verè honorate, ut Patres, ut Dominos, ut beneficos, ut benè loquendi Authores. Unde l. 2. c. 33. rectè concludit: *Honore tur reverentiam adhibentes, omni eos genere honorificite.**

II. Nicolaus Papa dist. 96. c. eod. ait: *In scripturis reperitur, Imperator Constantinus dixisse verè: Si propriè vobis vidissem Sacerdotem DEI peccantem, chlamydem ei expoliarem, & cooperirem eum, ne videretur. Hanc sententiam diximus vobis, cunctos vos reddere cupientes, ut ad Domini Sacerdotibus, qui verè Patres sunt, aliquid contigerit vos audire, quod confusionem piis mentibus in se non infrunitum Noè filium imitantes paternam de re verecundiam contegatis.*

III. Anferus l. 1. q. 3. c. eod. in Epistola ad Hisp. scribit: *Absit, ut quidquam sinistrum de iis arbitremur, qui apostolico gradu succedentes, Christi Corpus sacro ore conficiunt, quorum industriâ facti sumus Christiani, quique clavos*